

# CAPUT XIII

## febrium catarrhalium sistit

curationem.

**C**onsistit hæc in eo ut laticis vitium corrigatur, illudque per blanda diaphoretica imminuatur, quoniam tales raro carent malignitate, id quod ex virium prostratione vigiliisque continuis indeque deliriis supervenientibus apparet. Conveniunt  $\Theta$ lia volat. diaphoretica, inter quæ succinata item  $\delta$ ialia fixa subinde volatilibus mista eminere solent velut inter viburna, cupressus.

Magnificimus Alkalia oleis propriis destillatis unita, debitâq; circulatione in elixiria parva mirabilia redacta, ( ut ea vocat *Tachenius* p. 37. & 155. ) efficient hæc forsân in his febribus catarrhalibus quod de illis speramus, dum sese cum primis nostris constitutivis intimè uniunt, de quibus vid. *Helmont. tract. Tria chemicorum principia* &c. §. 84. Horum cum non unusquisq; possit esse possessor, imprimis cum præter occultam digestionem etiam singularis vasorum apparatus à quibusdam requiratur, quæ duo sanè tam ad fixandum, quàm volatilandum plurimum faciunt, à modernis ceu succedaneum substituuntur  $\Theta$ lia volatilia, ut vocant, oleosa seu aromatica, in quibus partes aromatum volatiles oleosæ vel eorum plantarumquè aromaticarum olea destillata, beneficio  $\forall$   $\Theta$ li volatili ammoniaco juncta non contemnenda in his & quàm plurimis affectibus exhibent remedia.

Supervacaneum duco in explicatione Diætæ aliquâ uti prolixitate. Si enim vitentur ea in usu rerum non naturalium, quæ catarrhos generare supra diximus, & sobrietas potissimum, diætæ cædo, ut *Helmont. de victus ratione* vocat, observetur, hic quoque fons auxiliorum erit ex haustus.

Hæc sunt, quæ de catarrhis consignare volui, ea ut Benevolus Lector serenâ fronte aspiciat melioremque in partem de his iudicet, humaniter & officiosè rogo.

F I N I S.